



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XLVII. Appellation der Stadt Frankfurt an den päpstlichen Stuhl gegen die von dem Bischofe von Lebus außerhalb seines Stiftsprengels über sie ausgesprochene Excommunication, vom 18. April 1341.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

XLVII. Appellation der Stadt Frankfurt an den päpstlichen Stuhl gegen die von dem Bischofe von Lebus außerhalb seines Stiftsprengels über sie ausgesprochene Excommunication, vom 18. April 1341.

... nno Natiuitatis eiusdem M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XLI., Indictione nona, Pontificatus Sanctissimi ... benedicti diuina prouidencia pape XII. anno septimo, feria quarta ... cantatur Quali- modo geniti Constitutus in mei Notarii infra ... presencia hinricus de bilrebeke, presby- ter Camynensis dioecesis, procurator ... llekini murow ac aliorum Consulium et vniuersitatis opidi vran ... ndam appellationem in cedula pergameni scriptam interposuit ac ... In nomine ... amen. Coram venerabili discreto viro hinrico papenhagen ... auctori- tate Imperiali Notario, tamquam coram autentica persona Ego hinricus de bilrebeke, pres- byter Camynensis dioecesis, procurator discretorum virorum Joh. peterstorp, Willekini mu- row ac aliorum consulium Scabinorum ac vniuersitatis Opidi vrankenuorde, lebuensis dioecesis, dico et propono, quod cum a quibusdam comminationibus in iure non concessis immo prohibitis per venerabilem patrem dominum Sephanum, lebuensis ecclesie Episcopum, prefatis dominis meis factis, pro parte prefatorum dominorum meorum ad sedem apostolicam existit legitime appel- latum, Qua pendente et ea non obstante, pro ut dicitur, idem Episcopus in locis minime congruis et prefatis dominis meis securis extra limites sue dioecesis absque causa rationabili que sue potestati exercendi jurisdictionem ipsius ordinarium concedit in dioecesi aliena, excommunicationis sententiam in personas et suspensionis in locum interdicti ut dicitur promulgauit. Ex quibus causis et earum qualibet scio dominos meos predictos fore grauatos et posse verisimiliter in amplius aggruari, Ad sedem apostolicam appellatione prima in suo vigore permanente, in hiis scriptis prouoco et ap- pello et apostolos instantem, instantius, instantissime peto mihi dari si sit qui eos dare velit siue possit Subiciens dictos dominos meos et me eis et mihi adherentes et adherere volentes protexioni sedis antedictae, protestor insuper cum presenciam ipsius Episcopi attingere commode non valeam neque secure propter viarum pericula ac loci distanciam Ad insinuandum premissa nec ad petendum siue recipiendum apostolos hanc appellationem insinuare apostolos petere in locis congruis et securis pretendo vbi et quando mihi videbitur expedire et precipue in locis Episcopo vicinis ei in Ecclesia sua ka- thedrali. Actum et appellatum anno, Indictione, die et pontificatu quibus supra presentibus honora- bilibus et discretis viris dominis fratre frederico struz, fratre laurencio parlebergh ord. predicatorum brandenburgensis dioecesis, gherardo et hinrico trepelin presbyteris, Joh. de eken ... et sabello seger rectore scolarium opidi vrankenvorde, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Et ego hinricus dictus papenhagen, clericus zwerinensis dioecesis, publicus auctoritate Notarius dicte appellationis interpositioni ac nihilominus insinuationi vna cum prenotatis testibus presens interfui propriaque manu conscripsi ac in hanc publicam formam redegisti signoque meo consueto signaui rogatus et requisitus.